

178



Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kaval de, et defensas a Gottholdo Martini Forz. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lipsiae.
4. Dissputatio et factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmueck et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissputatio ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Caspary J. V. D. Resp. Christiano Caspary Collic. Misniae. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Borussiae. Lipsiae.
8. Dissputatio et dolo, quam praesentavit Valentinus Hiemer. de, publico examini subiecit Magister Nölger. Hannoverae. Zeneae.
9. Dissputatio et Probationibus, quam praesentavit Conrado Caspary J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Meisn. Wittebergae.
10. Dissputatio et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. de. mis Johannes Christophorus Aremannus. Zeneae. Zeneae.



DEO TRINO ET UNO PROSPERANTE.

Authoritate & decreto Magnificorum, Amplissimorum, & Clarissimorum Iureconsultorum,

Dn. D. MICHAELIS VVIRTH Ordinarij,

Dn. D. AMANDI PFISTERI Senioris, atq; porro universi Collegii Iuridici in hac inclytâ Academiâ Doctorum, eorundemque Præceptorum suorum reverenter colendorum, subsequentes conclusiones desumtas

*Ex L. 1. D. L. Si quis argentum. 35. C. §. alia autem donationes, Instit. de donat. c. fin. ext. eo. cum similib.*

Pro LICENTIA Doctorali in utroque jure consequendâ publicè defendere conabitur

M. GABRIEL TINCELIVS HALENSIS.

**D**ONATIO dicta est à dono, quasi dono datum: Et generaliter sumta in simplicem seu propriam, & relata seu impropriam dividi solet.

*II.*  
Simplex donatio fit inter vivos tantum: Relata partim est inter vivos, ut donatio propter nuptias, &c. partim est mortis causâ, ut ea quæ propriè dicitur donatio causa mortis, & legatum: De illâ tanquam verâ & absolutâ donatione paucis hoc loco agemus.

*III.*  
Est verò donatio liberalis rei cuiusdam alienatio, quæ communi consensu perficitur, tradendo accipiendoque absolvitur.

*IV.*  
Non itaque est contractus, sed modum in se continet acquirendi, qui, præterquam si traditione perficitur, Juris civilis est.

*V.*  
Donare verò possunt omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent, nec nominatim à lege sunt prohibiti. Hinc filiusfam. pupillus, minor, furiosus, prodigus, &c. donare non possunt.

*VI.*  
Sed Emphyteuta sine Domini consensu, jus suum quod tam in civili quam ecclesiasticâ emphyteusi habet, extraneo donare potest.

*VII.*  
Cui libet etiam donari potest, nisi expressè interdicta sit donatio, qualis potissimum est inter conjuges, ex quâ donans fit pauperior & accipiens locupletior: facta tamen morte confirmatur: Et Juramentum interveniens servandum est.

*VIII.*  
Talis quoque est donatio inter patrem & filium in patriâ potestate constitutum, licet sit remuneratoria. Sed & hæc morte confirmatur, & Juramentum accedens patrem obligat.

*IX.*  
Quod si absenti Notarius stipuletur, & absque eius mandato donationem accipiat, itemque si nondum nato donetur, valebitne donatio? Utrobique nego.

*X.*  
Porro donari possunt res omnes quæ sunt in commercio & patrimonio donantis: Etiam bona universa, sub quibus etiam nomina debitorum contineri verius est, non etiam futura, quæ nec separatim donari possunt.

*XI.*  
Neque omnium bonorum donatarius instar hæredis, æs alienum defuncti donantisolvere tenetur.

*XII.*  
Fit autem donatio tribus potissimum modis, Re, puta traditione, verbis sc. stipulatione, & nudo consensu: Nec scriptura necessaria est, nisi res donata 500. excedat solidos, tum enim opus insinuatione.

*XIII.*  
Casibus nonnullis exceptis, inter quos rectè quoque refertur donatio Juramento celebrata: puta, si donator juravit se donationem nunquam revocaturum.

*XIV.*  
Quod si nihilominus insinuatio fuerit omissa, non in totum vitabitur, sed tantum in superfluo, quod per conditionem sine causâ repetitur.

*XV.*  
Atque isthæc insinuatio coram quocunque iudice fieri potest, etiam eo, cui nec donator, nec res donata subest, dummodo jurisdictionem ordinariam habeat: De Jure Sax. Iudex adeundus est ejus loci, in quo res immobiles sitæ sunt.

*XVI.*  
Parit donatio, si res tradita est, vel verè vel fictè, rei vindicationem, si stipulatio intervenit, actionem ex stipulatu seu condict. certi, si consensu perfecta est, conditionem ex lege, quæ non in personam, sed utilis in rem esse, magis probatur.

*XVII.*  
Neque tenetur de Evictione donator, licet donatio à solo consensu coeperit.

*XVIII.*  
Revocatur donatio vel ex toto vel ex parte. Ex toto. 1. Donatarij ingratitude, cujus jure civili quinque tantum sunt causæ: Et locum habet hic etiam condictio ex lege vel sine causa.

*XIX.*  
2. Supervenientia liberorum à parte patroni ex constit. L. si unquam s. C. de Revocan. donat. Quam constitutionem ad quemvis extraneum non extendendam esse, juri magis consentaneum videtur, licet practica forensis aliud doceat.

*XX.*  
Ex parte revocatur donatio querelâ inofficiosa donationis, Non enim donatio inofficiosa in solidum, sed pro modo legitimæ portionis tantum rescinditur.

Q U E R I T U R.

An donator pœnitentia ductus, possit hanc legem, ut res restituitur tertio, revocare, invito eo, cui rem restitui volebat?

Ad diem 27. Augusti, horâ VII. matutinâ, in Auditorio Iureconsultorum.

L I P S I Æ A B R A H A M U S L A M B E R G E X C U D E B A T. A N N O 1 6 0 7.



DEO TRINO ET NO  
Auctoritate & decreto Magnific

Dr. D. MICHAEL  
Dr. D. AMANDI THISTEK

dicti in hac incluta Academiâ Doctorum

Ex L. A. D. L. 5. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

PRO FICENTIA DOCTORUM

M. GABRIEL TINO

ONATIO dicta...  
Et generaliter...  
tam seu in progressu...  
Simpler doctor...  
Et dantur propter...  
one propter...  
tandem...  
Ely...  
Non...



153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓

VD17





15





